Gallo, Josephus. Sacri operis musici alternis modulis concinendi liber primus . . . Milano, eredi di Francisci & Simone Tini. 1598. RISM G270.

Altus Primus Chorus title:

ALTVS
SACRI OPERIS
MVSICI ALTERNIS
MODVLIS CONCINENDI
LIBER PRIMVS.
Duplicium concentuum nouam inuentionem; Miſſam vnam vocibus
nouenis; oĉto Moteĉta oĉtonis; tres item Cantiones muſi-
cis inſtrumentis pulſandas compleĉtens.
AVTORE M.R.D. IOSEPHO GALLO
Mediolanenſi, Religionis Somaſchæ:
Omnia tamen labore & induſtia [*sic*] R.D. AVRELII RIBROCHI
Nobilis Derthonenſis colleĉta, atq; in lucem edita.
[Primus Printer's mark Chorus.]
MEDIOLANI,

Apud hæredes Franciſci, & Simonis Tini.
M. D. XCVIII.

Partitio title:

Totius Libri primi
SACRI OPERIS
MVSICI ALTERNIS
MODVLIS CONCINENDI
PARTITIO,
Seu quam præſtantiſs. Muſici PARTITVRAM vocant.
AVTORE M. R. D. IOSEPHO GALLO
Mediolanenſi, Religionis Somachæ:
Studio tamen & labore R.D. Aurelij Ribrochi Nobilis Dertho-
nenſis in gratiam Organiſtarum in lucem edita.
[Printer's mark]
MEDIOLANI,

Apud hæredes Franciſci, & Simonis Tini.
M. D. XCVIII.

Altus Primus Chorus Dedication:

CONSPICVO VIRO. | ILL.[ri] ET ADMODVM REV.[do] | D. BALTHASARI DE CORNEIS | NVNCVPATO, | PROTHONOTARIO APOSTOLICO, | Artium, & ſacræ Theologiæ Profeſſori celeberrimo, | *Aurelius Ribrochus fœlicitatem,* |

PERVETVS, & honeſta conſuetudo, quæ mihi fuit cū Patribus admodū | Reuerendis Religionis Somaſchæ, & illorū omnia in oēs piæ humanitatis | genera, quæ ſolent vltrò proficiſci, ornatiſſime Prothonotari, effecit, vt | me iam non paucos annos libere affirmarim obſtrictiſſimum nō paucis Pa-|tribus huius Religionis, ſed in præſentia multò chariorem dicam Patri | plurimum obſeruando D. Ioſepho Gallo lumini ipſius Relgionis clariſſi-|mo, cùm multis ſingularibus animi ipſius & ingenij dotibus, tùm verò pręcipuè memoria ſempiterna Muſicæ artis, quæ ſibi immortalem gloriam, | & mihi ſummam iucunditatem parit. Qua propter ipſe cùm ſæpius au-|dierim, viderim, & partem ſumpſerim in huius Reuerendi Patris cantile-|nis quamplurimis, adeò dulces, & ſuaui concentu mihi ſemper viſæ ſunt, vt agi cū poſteris iniquiſ-|ſime mihi videbar videre, ſi peritiſſimi viri nomen celebrandum, & hæc iſta ingenij præſtātiſſimi or-|namenta rurſus conſignanda monumentis non haberent. Sunt omnia dulciſſima, ſuauiſſima omnia, | & præſertim ſex illa priora, quæ non immeritò appellat ipſe, vt Primus Inuentor, Concentus du-|plices; dulciorem enim, & longe ſuauiorem concentum ex ijs haurire, quàm anteà nunquàm ex cę-|teris licebit, quibus deguſtandi copia fuerit aliquo modo factà. Quibus omnibus ego iucundiſſime | affectus, Reuerendum D. Ioſephum ſæpenumero obſecraui, vt quemcunq; artis Muſicæ amantiſſi-|mum fructum ſuæ mentis excellentiſſimæ participem faceret, nempè vt mitti in lucem curaret: at | ipſe perquàm ſapienter reſpondit, ſe ab hoc conſilio alieniſſimum continuò fuiſſe, Religionemq; | ſuam ſumum huiuſmodi haud quærere. Ego igitut [*sic*] tacitus ipſe mecum diligenter perpendens con|ſtitui multorum expectationi ſatisfacere, ita vt adhibitis omnibus & meis, & cuiuſdam mei familia-|ris ingenij & induſtriæ viribus, iam peruenerint in manus meas nonnulla, quæ redegi in ordinem, | eumq; vt potui meliorem. Nec cenſeantur, quæ dico, fictitia, cùm in ſingularum frontibus Com-|poſitionum peculiares legantur dedicationes, eas namque, vt ipſemet Autor diſponſuerat, in lucem | edendas curaui, ne hac ſaltem in re dicerer iniuriosè feciſſe optimæ eius menti reluctando. Verum, Prothonotari, omni liberali doctrina politiſſime, vt hi labores gratiam, & ſplendorem ſibi iam re-|conciliatum apud omnes, non modò conſeruarent, ſed augerent quoque, ſtudioſorumq; auribus | excepti magis celebrarentur, omninò decreui, vt non prius exeant, quàm celebratiſſimi nominis tui | claritas, veluti fax quædam in ipſorum fronte præluxiſſet. Noui enim perbellè, te vtriuſque lit-|teraturæ callentiſſimum: noui te artis Muſicæ amantiſſimum: noui tandem ſingularem amorem, | quo multò etiam antè ipſam Religionē Somaſchenſem es complexus, & nunc vt cùm maximè com-|plecteris. Quod verò ad me attinet, hæc mea qualiacunq; officia, & ſtudia tibi oblata, & dedicata, | pro tua in omnes ſingulari humanitate æqui boniq; conſulas: munuſculum quidem leuidenſe eſt, | non vt tua eſſe ſolent aurea, vel argentea, ſed tenue prorſus, & cartaceum. Sed quid? obtulit hic | ſatis, qui quidquid habere potuit, quod auribus tuis non iniucundum fore putaret, obtulit; obtu-|liſſet (mihi crede) iucundiora, ſi ſemel tantùm libera data facultas eſſet videndi ſcripta doctiſſimi | huius Reuerendi Patris; dabitur fortaſſe & hæc aliquando. Tu bene ſpera:

interim ego ſpondeo, in meq; recipio Deum Opt. Max. precaturum, te vt Eccleſiaſtici ordinis vtilitatibus, & commodis | vigilantiſſimè deſeruientem quàm diutiſſimè ſeruet incolumem. |

Datum Mediolani kal. Ianuarij M.D.XCVIII. |

Partitio dedication:

PIETATE, ET ERVDITIONE | INSIGNI VIRO | ADMODVM REV.do DOMINO, | D. BALTHASARI DE CORNEIS | NVNCVPATO, | PROTHONOTARIOQ: APOSTOLICO | plurimum obſeruando. | AVRELIVS RIBROCHVS fœlicitatem. | [orn.] |

T*ANTI ſemper, ornatißime Prothonotari, te fe-|cerunt, ac faciunt (etſi ipſe optimus teſtis es) admo-|dum Reuer. Religionis Somaſchæ Patres, vt hoc rur-|ſus meo labore nouo id cæteris omnibus ſit cognitum | percupiam. Iure merito quidem ſacri operis muſici | Librum Primum dicatum tibi volui, Autore admo-|dum Reuer. D. Ioſepho Gallo eiuſdem commendatißimæ Religionis Pa-|tre, & opera ſtudioq meo in lucem datum: verum enimuerò operæ pre-|tium fuit, has quoque ipſius ſacri operis muſici Partitiones, in gratiam | Organiŝtarum impreßas, Eximiæ Dominationi Tuæ nuncupare, ne diſ-|ſolutum munus, ſed integrum, omnibusq numeris abſolutum haberetur, | Porreĉta igitur fronte hanc etiam meam induſtriam probato: deinceps | enim ad maiora excudenda, fauente Deo, & ijſdem annuentibus Patri-|bus, totis viribus enitemur. Interim bonæ valetudini operā dato quàm | diligentißimam, quò tua humnitate quàm diutißimè liceat experiri. | Dat. Mediolani Calendis Ianuarijs M.D.XCIIX.* |

Note to Readers:

AVRELIVS RIBROCHVS | candidiſsimis cùm Organorum, tùm cæterorum | inſtrumentorum muſicorum pulſatoribus, | alijſq; Muſicis prętantiſſimis, | S.P.I. |

SVrgite, candidiſsimi Pulſatores, cæteriq vos omnes præ-|ſtantiſsimi Muſici: ſurgite, inquam, tollite, canite, pul-|ſate in Pſalterio iucundo, & cithara; in tympano, & cho-|ro; in chordis, & organo; in tibijs, & ſiſtris; in cymbalis | benè ſonantibus. Ecce nouam induſtriam, nouum ſtu-|dium, nouum laborem: ecce ſacri operis muſici Libri primi Partitio-|nes, ſiue quas Partituras vocatis: ecce allatam vobis facilitatem om-|nia libentiſsimè canendi, modulandiq;. Ars longa, vita breuis, aie-|bat ille. Sed addimus nos: Multi adeò per multos iaĉtantur labores, | vt quandoque pluribus intenti ſeipſos [*sic*] deſtituant, quod optimum eſt | relinquant, ac ſæpenumerò ab inſtituto reſiliant opere. Apertius lo-|quar: multi ſubterfugiendi laboris gratia, etiam quod aptum, quod | conveniens, quod opportunum, immò quod neceſſarium penitus eſ-|ſet, turpiter negligunt, prætereunt, tranſmittunt: idq; præcipuè in | arte Muſica fieri conſpicimus. Nonne plures, deficiente partitione, | quæ periucunda, pergrataq; animis ad audiendum forent, inſuauia, | inconuenientia, abſona, & diſcrepantia modulantur? Ne quid igi-|tur ſacro operi muſico noſtro deeſſet, illud in gratiam non modò Or-|ganiſtarum, verùm etiam cæterorum canentium quàm diligentiſsimè | partitum voluimus: quam operam, & oleum, quæſo, non limis ocu-|lis, non toruo aſpeĉtu, ſed hilari fronte, dextroq; ſydere accipite. |

Tria tamen, Humaniſsimi Modulatores, vos diligentiſsimè monitos cu-|primus. |

Primum. Si hoc noſtrum ſacrum opus muſicum pulſare, concinereq; | haud grauabimini, Partituræ ipſius Libri duo ſunt vobis habendi, vt | hinc & inde, hoc eſt, in vtroq; Choro omnia facilius, ſuauius, & ex-|politius modulemini. |

Secundum. Partem hoc ſignum crucis † ſub ſe notatum habentem, vel Baſſum eſſe, vel Baſsi parte funĉturam. |

Tertium. Non prohiberi, quin in vtroq; Choro, & præcipuè in con-|centibus duplicibus nuncupatis inſtrumenta adhibeantur. Valete. |

Altus Primus Chorus Index:

Aurelij Ribrochi
Ad omnes non modò Muſicos, verùm etiam omnis ge-
neris Inſtrumentorum muſicorum pulſatores,
breuis admonitio.

Habetis hoc in primo Libro (Muſici ornatißimi, & vos præcipue' candidißimi organorum Modulatores) totius ſacri operis muſici ŝtemmata quatuor.

[column 1]

In primo ſtemmate habetis flores ſex
concentuum duplicium.

Primū florē. Natiuit. Dñi. partē primā. | Hodie nobis de cælo. pag. 1
Secundū. Eiuſdē Natiuit. partē ſecundā. | Dies ſanĉtificatus. pag. 2
Tertium. Feſtiuitatum ſanĉtorū, & ſan-|ĉtarum martyrum. | Gaudent in cælis. pag. 4
Quartum. Feſtiuitatū B.M.V. virginūq; | ac mulierum ſanĉtarum.
Veni eleĉta mea. pag. 5
Quintum. Reſurreĉtionis D.N.I. Chri-|ſti, Dialogiſmū Angeli cū mulieribus.
Ecce Angelus de cælis. pag. 7
Sextum. Canticum B.M.V. pag. 9

In ſecundo ŝtemmate habetis florem vnum.

Miſſam ſine nomine. pag. 12

In tertio ŝtemmate habetis flores oĉto.

Primum. Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ | partem primam. | Hodie illuxit nobis. pag. 20

[column 2]

Secundū. Eiuſdem Natiuitatis. partem | ſecundam. | Puer qui natus eſt. pag. 21
Tertium. Cuiuſcunque ſolemnis diei. | Ornauerunt faciē templi. pag. 23
Quartum. Sacratiſs. corporis Chriſti. | Veni in hortum. pag. 24
Quintum. Feſtiuitatum B. Petri Apoſt. Dialogiſmū Chriſti cū Petro. | Petre amas me. pag. 26
Sextum. Feſtiuitatis S. Agathæ | Quis es tu? pag. 27

Septimū. Solemnitatum tàm virginum, | quàm mulierum ſanĉtarum. | Quàm pulchra es. pag. 28
Oĉtauum. Feſtiuitatū tàm B.M.V. quà | ſanĉtarū fæminarum, ac virginum. | Nigra ſum. pag. 30

In quarto ſtemmate habetis flores duos.

Primum. Cantionis alternis modulis | pulſandæ. vz. | La Mantegazza. pag. 31
Secundum. Cantionis quaternis inſtru-|memtorū ſonis modulandæ. vz. | La Craſſa. pag. 32

Submonitio, & concluſio.

Dum iucundiores fruĉtus ad maturitatem peruenient, his vos interim quaſi floribus obleĉtate. Canite ergo, & hilares pulſate. Plaudite, valete, & annos ducite Neſtoreos.
FINIS.

Partitio Index:

Ad omnes non modò Muſicos, verùm etiam omnis ge-
neris Inſtrumentorum Muſicorum Pulſatores
breuis Admonitio.

Habetis hoc in Primo Libro (Muſici ornatißimi, & vos præcipue' candidiſſimi Organorum Modulatores) totius ſacri operis Muſici Partitionum ſtemmata quatuor.

[column 1]

In primo ſtemmate habetis flores ſex concentuum duplicium. vz.

Hodie nobis de cœlo. pag. 4
Dies ſanĉtificatus. pag. 21
Gaudent in cœlis. pag. 40
Veni eleĉta mea. pag. 57
Ecce Angelus de cœlo. pag. 76
Canticum B.M.V. pag. 96

In ſecundo ſtemmate habetis florem
vnum. vz.

Miſſæ [*sic*] ſine nomine.
Kyrie eleyſon. pag. 132

[column 2]

In tertio ſtemmate habetis flores oĉto. vz.

Hodie illuxit nobis. pag. 154
Puer qui natus eſt. pag. 157
Ornauerunt ſacre templi. pag. 158
Veni in hortum meum. pag. 162
Petre amas me. pag. 164
Quis es tu? pag. 168
Quam pulchra es. pag. 170
Nigra ſum. pag. 174

In quarto ſtemmate habetis flores tres. vz.

La Mantegazza. pag. 176
La Graſſa. [*sic*] pag. 196
La Biuma. pag. 200

Submonitio, & concluſio.

Dum iucundiores fruĉtus ad maturitatem peruenient, his vos interim quaſi floribus obleĉtate, Canite ergo, & hilares pulſate. Plaudite, valete, & annos ducite Neſtoreos.
FINIS.

Contents:

Hodie nobis de coelo Concentus duplex vocum, & Inſtrumentorum, continens cantionem, quam vocant la Magia In Natiuitate Domini Pars prima Perilluſtri, admodumque Reuerendo D.D. Balthaſari de Corneis nuncupato, Prothonotario Apoſtolico, Artium, & S.T. Profeſſori celeberrimo
Dies ſanĉtificatus Concentus duplex vocum, & Inſtrumentorum, continens reſidium cantionis la Magia nuncupate In eiuſdem Natiuitate die Pars ſecunda Geruaſio Aldo in Edibus ſacris D. Ambroſij Mediolani Abbati præſtantiſſimo
Gaudent in coelis Concentus duplex vocum, & Inſtrumentorum, continens cantionem nuncupatam la Corteſa In feſtiuitatibus ſanĉtorum, et ſanĉtarum Martirum Moribus, et vitæ integritate venerando D.D. Marino Lombardo Mediolanenſi, Religionis Somaſchæ Sacerdoti

Veni eleĉta mea   Concentus duplex vocum, & Inſtrumentorum, continens cantionem La Benuenuta nuncupatam   In feſtiuitatibus B.M.V. virginumque ac mulierum ſanĉtarum Optimis, venerandiſque Chriſti famulis D.D. Archileæ, Angelicæque Archintis, Monaſterij S. Radegundæ; ſanĉtitate, virtute, & nobilitate ornatiſſimi
Ecce Angelus de coelo   Concentus duplex vocum & Inſtrumentorum, continens non aliorum, ſed ipſiuſmet Autoris nouam & imaginariam inſtrumentorum cantionem. In Reſurreĉtione D.N.I.C. Dialogiſmum Angeli cum mulieribuſ| Summè, valdèque venerandæ D. Maximillæ Biumæ S. Radegondæ
Magnificat   Canticum B.M.V. duplici modo concinendum, continens non aliorum, ſed ipſiuſmet Autoris nouam & imaginariam inſtrumentorum cantionem.| Multum, plurimumque obſeruandis DD. Annæ Camillæ, & Blancæ Margaritæ ſororibus Vicecomitibus, ſacratarum Monialium S. Urſulæ Mediolani [all verses]
Miſſa ſine nomine, nouenis vocibus   Admodum Reuerendis Matribus S. Ioannis Baptiſtæ Ciuitatis Laudenſis
Hodie illuxit nobis   In Natiuitate S. Ioannis Baptiſtæ   Pars prima   Doĉtiſſimo, integerrimoque, & S.T. Licentiato, M.R.D.D. Andreæ Terzano C.R. Religionis Somaſchæ, & S. Mariæ Secretæ Mediolani Præpoſito meritiſſimo
Puer qui natus eſt   In eiuſdem Natiuitatis die   Pars ſecunda   Ornauerunt faciem templi   In quolibet ſolemni die Integerrimo, ſummaque eruditione præſtanti Sacerdoti venerando D.D. Iacobo Antonio Brambillæ Mediolanenſi, C.R. Religionis Somaſchæ
Veni in hortum meum   Quod iam ab Orlando quinis vocibus, nunc denuò oĉtonis conſtat   In feſto ſacratiſſimi Corporis Chriſti, & omni tempore   Venerando M.D. Ioannis Baptiſtæ Formiano Mediolanenſi, ſpeĉtatæ probitatis, et doĉtrinæ, Religionis Somaſchæ Sacerdoti
Petre amas me   In feſtiuitatibus B. Petri Apoſtoli Dialogiſmum Chriſti cum Petro   Speĉtato, induſtrioque ciui Mediolanenſi D. Petro Robecco
Quis es tu?   In feſtiuitate S. Agathæ   Pudiciſſimæ, præclariſſimæque D. Zanobiæ Vicecomiti Mediolanenſi
Quam pulchra es & quam decora   In feſtiuitatibus tàm virginum, quam mulierum ſanĉtarum   Ioſephus Gallus amico ſuo ſingulari R.D. Aurelio Ribrocco ciuitatis Derthonæ, nobilitate illuſtri, optimarumque diſciplinarum calentiſſimo
Nigra ſum ſed formoſa   In feſtiuitatibus tàm B.M.V. quam aliarum ſanĉtarum fœminarum, ac virginum   Aurelius Ribroccus plurimum obſeruando, venerandoque D. Ioſepho Gallo Mediolanenſi, Religionis Somaſchenſis Sacerdoti integritate virtuteque præſtanti
La Mantegazza   Cantio inſtrumentis Muſicis, alternis modulis pulſanda   Venerabilibus D.D. Archangelæ, Mariæque Coronæ ſororibus Mantegatijs, præclariſſimi Monaſterij S. Agnetis Mediolani
La Craſſa   Cantio quaternis inſtrumentorum ſonis modulanda   Speĉtabili, ac probo viro D. Ioſepho Craſſo Reg. ac Duc. Reddit. extraord. Mediolani Notario
La Biuma   Cantio quaternis inſtrumentorum ſonis modulanda

Part-books:

ALTVS | Primus Chorus	E-G^4, H^6	36pp.	Dedication. Index.
PARTITIO	A-Z^4, Aa-Cc^4	208pp.	Dedication. Note to Readers. Index.

Remarks:

Quarto format. Dedications of Partitio and Altus Primus Chorus part-books are to same person, but differ in content. Partitio consists of nine-part score from the beginning through the *Magnificat*; the mass and motets are in two-part score except for four-part score for the *Crucifixus* and three-part score for the *Benedictus*; the instrumental pieces at the end are in eight-part score. Copy consulted: **D**-Mbs. RISM G270.